



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri
Viginti**

Della Porta, Giambattista

Frankfurt, 1607

Speculis etiam animalia conurniri. Cap. VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

34 MAGIAE NATVR. LIBER XV.

Speculis etiam animalia conueniri. C A P. VI.

ET si foeminae defuerint, poterunt specula propria imaginem reflectere, vnde animalia delusa sua eorum forma, alliciuntur, poterunt & liquores speculum vicem subire. Ut.

Sepia specula capitur.

Specula nimirum in lignum incisa, ex chorda appensa, in aquam pescatores demittunt, & sensim fluitantia trahunt, sepia ad sui simulachrum sese iaculatur, ac suis flagellis lignum complicans, dum sese apparentem in speculo amatoriè intuetur, interea reticulo circumuenia subducitur.

Monedula speculo capiatur.

Monedulae se ipsas amant, aucepseas venaturus, talimachinatur, nam in quem locum congregantur aspernit, ibi pelues, olei plenas disponunt, curiosa auricula eo profecta, in vasis labro considerat, & simul sese inclinans, suam ipsius umbram despicit, & quod existimat, aliam se monedulam videre, ad eam ipsam festinat descendere, eoque ut est delapsa, olei crassitudine circumfusa, sine laqueis, sine retibus constricta tenetur. Ut

Coturnices speculo capiantur.

Clearchus scribit perdiçes, passeræ, & coturnices non modo quum vident foeminas semē emittere, sed etiam quum earum vocem audiunt: causam esse animo impressionem, quod ipsum coitus tempore cognoscet, si contra eas speculum posueris, & ante hoc ipsum tendicularum insidias, nam ad imaginem suam, quæ inaniter in speculo repræsentatur, accurrentes excipiuntur, ex Athenæo, & Eustathio.

Quomodo odoribus animalia congregentur.

C A P. VII.

VARI sunt odores, vel alias occultæ proprietates, quæ animalia congregant in unum, ex peculiariterum, vel animalium natura; dicemus odoramenta, & alimenta quædam ab eis valde experita. Veluti

Monoceros odore allicitur.

Monoceros adeo virginis puellas venerari scribit Tz.

154